Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deliper eit bnditio tua. Sdm lucam

Illo t: D·d·t·d·s· Homo quida hnt duos filios
et dixit adolescentior eorum patri· Pater da mihi
portionem substantiae quae me contingit· Et diuisit illis
substantiam· Et non post multos dies congregans
omnia adolescentior filius peregre profectus est in terram
longinquam· Ibi dissipauit substantiam suam viuendo
luxuriose· Et postquam omnia consumasset· facta est
fames ualida in regione illa· Et ipse cepit egere· Et
abiit· Et adhesit uni ciui regionis illius· Misit
illum in uillam suam· ut pasceret porcos· Et cupiebat
implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabant·
Et nemo illi dabat· Ipse autem reuersus
dixit· Quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus·
ego autem hic fame pereo· Surgam
et ibo ad patrem meum· Et dicam ei· Pater peccauj celum
et coram te· iam non sum dignus uocari filius tuus·
fac me sicut unum ex mercenariis tuis· Et surgens uenit
ad patrem suum· Cum autem adhuc longe esset·
uidit illum pater ipsius· Et misericordia motus est· Et accurrens·
cecidit super collum eius· Et osculatus est eum· Dixit
ei filius· Pater peccauj in celum· Et coram te· Iam non
sum dignus uocari filius tuus· Dixit autem pater
ad seruos suos· Cito proferte stolam primam· Et induite
illum· Et date annulum in manu eius· Et calciamenta
in pedes· Et adducite uitulum saginatum· Et occidite et
manducemus· Et epulemur· quia hic filius meus mortuus
erat· Et reuixit· perierat· Et inuentus est· Et ceperunt
epulari· Erat autem filius eius senior in agro·